gat et fratrem suum,

Sermo super Epistola precedenti. xxviii

Th̄ hoc apparuit caritas dei in nobis ac Joha. 4. Cuicunque
Augustinū nihil predicit dulcissimū: nihil laudatur vti-
us qd̄ caritas Ideo in epistola hodierna Johannes apo-
stolus invitat nos ad diligendū deum et proximū: sicut diligē-
ter patet in textu ep̄le. Vnde in presenti sermone tria sunt dicē-
da. Primo de caritate dei. et quō diligendus sit. Secundo quō
creature dei mouent nos ad diligendū deum et ad bona opera.
Tertio signa amoris etiam signa odio. Quartū ad primū
sciendum qd̄ preciosissimū et utilissimū in hoc mundo munus ē
caritas, quia h̄m Ap̄lm Caritas nunc excedit. qd̄ in morte non
amittitur. Ideo enim ille qui diligit deum in presenti qm̄ nō vi-
det: multo amplius diligit eum in futuro qm̄ videbit facie ad
faciem. Et qui caritatem seruat deum non potest amittere. Vnde
dicit hic Deus caritas est et qui manet in caritate ē. Nam qui ca-
ritatem habet ē quasi in sinu dei positus. tu de eius sinu nob̄ ca-
dere quicquid ibi pateris totū valebit ad salutem. Ap̄lus, Si-
mus qm̄ diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Nam
patrem omnipotentem debemus diligere: qm̄ ipse prior dilerit
nos et misit filium suum unigenitum in mundum ut vivamus per
xpm̄. Quill. dicit. Non sufficit deo patri pro seruo acquirendo
mittere seruum suū: sed misit filium suum unigenitum in mundo
qui totus est in maligno positus et est plenus miseria et penuria.
Et ad hoc misit eū in mundū ut venditos redimeret et oculos

LXVIII

67

vivificaret. Bernardus admirans hoc signum dilectionis: ait
Dñe. quid est homo qz inno. ei aut si. ho. q. reputas euz **D**omi
 qz mittis vniuersitatem tuu immittis spm suum tuu & ne quid
 in celestibz vacet mittis ad opera salutis modo etiā beatos illos
 spūs ppter nos in ministerium. **I**tez filius tuus vniuersitus quē
 dedit pater missus in modi nos redimendo plus dilexit nos qz
 mater pueri pnum. qz mater qnqz obliuiscit pueri sui. sed ipse
 nunqz obliuiscit nostri. **I**tem mater lactat pueri suum cuz lade
 pno. sed xp̄us cibat nos cu sanguine et corpore proprio. **I**tem
 dilexit nos plus qz vitam suam **J**o. 15. **N**acio em cantatem ne
 mo ha. **V**nde hic querit quō deus sit diligendus. **R**espondet
Jo. nyder qz deus diligendus sit sine modo. **I**n ceteris nāqz vir
 tutibz nimetas est viciosa preter qz in amore dei. **N**ā nimia cre
 dulitas siue fidelitas habet levitatem mentis **Eccia.** 19. qui cito
 credit leuis est corde. nimia spes habet presumptionē. prouer.
 10. Spes impioz peribit **Eccia.** 30. **M**iserere anime tue placēs
 deo. & contine et congrega cor tuum in sanctitate eius. **J**usticia
 habet crudelitatem **Cassio.** **N**ostra iusticia sine misericordia non est
 iusticia sed crudelitas. nostra prudentia habet curiositatem **Ro.**
 12. **N**on plus sapere qz oportet sapere. **N**ostra abstinentia cau-
 sat debilitatem & abbreviat vitam **Hugo.** Qui carnē suā plus
 qz debet affligit animā suam occidit. sed si plus qz oportet resis-
 tit hostem nutrit. **S**ic ergo nutrienda est caro ut seruat. & sic
 domanda ut non superbiat. sic caritas non potest esse nocua.
 quia tenemur deum diligere ex toto corde. ex tota anima. et ex
 totis viribz. Et quanto plus quis hic diligit deum: tanto clari-
 us in celo videbit. **E**xempliz de virginē illa cuius cor nimio a
 more scissum est. quere in proptua. c. 4. **Q**uanti 3 ad sedam
 partem sermonis sciendum qz deus non solū amat sed vult a-
 mari ab alio **D**e quo mirat **Aug.** dicens. **D**ñe: quid sum ego
 ut amore tuo tenear et nisi hoc faciam irascaris mihi. **I**mo qd
 plus est deus rogat omnes homines mediante omnibus creaturis
 ut eum ament. **V**nde etiam **Aug.** **D**ñe celum et terra clamant
 ad me & omnia que in eis sunt dicant mihi vndiqz ut te amem
Vnde **Hugo** libro. 2. de archa noe. **O**mnis creatura loquitur
 nobis tribz modis. prima vox dicit accipe. secunda reddere. ter-
 tia fuge. hoc est dicere. accipe beneficium. reddere debitum. fuge sup-
 plitum. prima vox est famulantis. secunda ammonentis. tercia
 communitatis. vox famulantis sunt celum & terra & omnia clementia

91 4

Sermo

Nam eccl^m dicit. Ego misericordia tua in die ut vigiles te nebras in nocte ut pauses. Meritum dicit. vitalem prebeo tibi flatum et omne genus animi ad obsequium tuum mitto. Quia dicit Potum tibi prebeo. sordes purgo.arentia rigo et diversa genera pectorum ad esum tibi ministra. Terra dicit. ego te porto. mihi vino letifico. Unde Hugo in libro de arra anime. Homo respice mundum istum. omnis natura et creatura ad hunc finem cursum suum dirigunt ut tuis utilitatibus deseruiat. tuis delectationibus occurrat. Celum tibi deseruit per suum motum. Lumina et lumen per suum influxum. Sol creat tibi diem. luna illuminat tibi noctem. ignis tempat tibi aeris frigiditatem. aqua mundat tibi fetorem et mitigat litus ardorem et secundat terre rigorem. Terra vero sustentat sua soliditatem. recreat sua fecunditatem. delectat sua amoenitatem. Ecce quod omnis creatura cursum suum dirigit ut tuis utilitatibus deseruiat. vox amonens est mundus que dicit video homo quanto amavit te amore. qui pro te fecit me. sermo tibi qui factus suis propter te ut et tu seruias illi qui me propter te et te propter se fecit. Si sentis beneficium reddere debitum. accepit benignitatem reddere caritatem et hoc exigit a te. Causa autem quare deus a nobis amari voluit est libertas sua scilicet ut habeat occasionem glorificandi nos. psal. Misericordia honorata sunt amici tui deus. Item vox cōminantis malum sunt ipsa elementa. Primo igitur ignis dicit peccatori obstinato nolenti penitere. a me cōburens Infernus dicit a me deglucieris. Item hic diligenter considerandum est quod corpus et membra corporis instruunt hominem qualiter homo exterior et interior debet se regere et habere: ut scilicet possit deo placere et salvus fieri. Primo pedes nos instruunt in hoc quod solis planetis terram tanguntur in quo ostenditur quod non debemus amare terrena nisi quantum ad necessitates ut scilicet tamen sufficiat nobis de illic quoniam necessarium est ad sustentationem. Hi primo habentes almenta et quibus tegamur hijs conten. Et. Unde puer bius. 30. Vixias et paupertates ne dede. Et. Secundo manus eius instruunt nos in hoc quod frequentiori lotione indigent ad sui mudiitiam. quod singulis diebus oportet eas leuari. In quo ostenditur quod frequenter per atriones cogitationes verba et opera nostra leuari debemus si volumus esse mundi. et signanter de sero debemus atenantes ponamus nos dormitum ad lectum. Juxta exemplum David in psal. Lavabo per singulam. et. et statim ignorat de

XLVIII

us homini peccata sua Ezech. 14. In quaevq; hora ingenuerit peccator saluus erit. et de mane debet deo offerre omnia opera sua et labores suos Greg. in moral. Omne bonū quod agimus p intentionem semp ad celestia leuemus Humb. Quotidie mane surgentes aucta deo que facturi estis offeratis sc̄. Finito die conuocatis cogitationib; et operib; illo die cōmissis vob. ismetip sis capitulum teneatis. Tercio os instruit nos in hoc q; vnicuz os habemus et duos oculos et duas aures in quo monemur ad moderantiaz in verbis. Vn sapiens. A natura duas aures et vnuz os accepimus eo q; plus audiās q; loquaris Prover. 10. Qui moderat labia sua prudentissimus ē. In hoc autē q; os hominis paruu est nullam em animal magni capitis vel corporis s; hīm Aristo. ita paruum os habet a natura hīm qntitatez corporis sicut homo. In hoc monemur ad tempantiam ubi et potus. Hugo de lando vit. Parca enim vita occidit vicia. libidinem extinguit animuz roborat mentem ad celestia eleuat. Quarto lingua nos instruit. in hoc q; semper est in humido. docemur q; defacili labitur homo. facilius em cadit homo qn vie sunt humide q; quando sunt sicce Eccēa. 14. Beatus vir qui non est lapsus verbo in ore suo. In hoc q; lingua habet duas clausuras. ondiz q; valde notiua est: nisi aliqualiter refrenetur quia leones et animalia sc̄tiora solent includi propter eoz noctuitatem. sic et lingua inclusa est Iohān. 4. Omnis natura bestiaz et volucruz et serpentum et ceteroz animalium domat et domata ē a natura humana. linguam aut nullus homīm domare potuit. Unde cato Virtutem primā puta compescere linguam Quinto aures non instruunt. In hoc q; aperte sunt, in quo ostendit nobis q; quilibet homo debet esse paratio ad audiendum q; ad loquendum. Juxta illud Jacobi. 1. Sit aut omnis homo velox ad audiendum sc̄. In hoc autem q; aures hominis sunt minores q; brutoz ostendit nobis q; non debemus aures nostras accommodare indifferenter omnibus sermonib; sive bonis sine malis. sed solū bonis et edificatōis Eccēa. 25. Sepi aures tuas spinis et noli audiire linguam neq;. Unde etiā Applus. Corrumpt mōres homos colloquia prava. Sexto oculi instruunt nos in hoc q; duo sunt, sc̄ vnu dexter et vnu sinister. Docemur per hoc q; oculos nostri cordis debeamus habere non solum ad prosperitatez que p dextrum significatur, sed etiam ad aduersitatem ne absorbeamur a pusillanimitate, qui vero ē in prosperitate: timere debet

Sermo

aduersitatem ne in superbiam eleuetur Ecclia. 7. In die bonorum immemores sis malorum et in die mali. Et non sic fecit ille diuines de quo Luc. 13. qdixit aia mea hys multa bona po. in annos x. Septimo instruimur in hoc qd non habemus nisi unum caput. et duas manus et duos pedes. et significat qd in corpe cuiuslibet congregationis debet esse unus prelatus principalis. alias ibi pax non erit: siue hoc fuerit in domibz spiritualium siue seculariuz Octauo instruimur in hoc qd restitudo do: ponis monet nos ad restitutidinem animi Aug. super genesim. Omnia animalia corpora siue que in terris siue que in aquis vivunt inclinata sunt. et solum erectum est hominis corpus. in quo figuratur est qd mens nostra in iunctis recta esse debet. Bernardus. Noli querere et sapere que sunt super terram. Restitudo anime est desiderare et meditari que sursum sunt. Non amor membrorum ad inuitem in corpe uno. omnia ostendunt amorem ut diligamus in uitio. Applus. Si quod patitur unum membrum totum paciunt omnia membra. Amorem proximi debemus factis ostendere Hieroni. Vult enim deus ut unusquisque alterius angustias ut percipiat. et quomodo sibi si in tali tribulatione elicit subuenire ciperet: ita ipse alteri propter deum subuenire proponat. Quantus ad tertiam partem huius sermonis sciendum qd tria sunt signa per quae quis cognoscere poterit an deum diligat. Primum est si quis sepe cogitat de deo et etiam libenter audit loqui et solitudo facit omnia in quibus se deo posse existimat placere. Greg. Probatio dilectionis exhibito est operis. Secundum signum est obseruantia preceptorum dei Joha. 13. Qui audit mandata mea et seruat ea. ille est qui diligit me. Aug. Intim diligimus deum in quantum mandata eius seruamus. nec plus nec minus. Idem intelligendum est de votis spontaneis que obligant cum preceptis. Tertium signum est diligere proximum sicut teipm. unde subdit in epistola. Qui non diligit fratrem suum quem videt. deum quem non videt quomodo potest diligere. Et hoc mandatum habemus a deo ut qui diligit deum diligat et fratrem suum. Ratio huius est. quia dilectio dei includit in se dilectiones proximi. Augustini. Unus homo in quantum homo diligendus est propter deum deus autem propter seipsum. Unde Humb. super regulam augustini. Solet se deus habere ad hominem sicut se habet homo ad fratrem suum.

xxix

Dñica secunda post penthecosten.

Epistola Johannis Apostoli. in Epista. Cap. 3.

69

Arisissimi Nolite mirari si odit vos mundus s. Nos sumus quoniam translati sumus de morte ad vitam quoniam diligimus fratres. qui non diligit manet in morte. Omnis enim qui odit fratrem suum homicida est. Et scatis quoniam omnis homicida non habet vitam eternam in se manentez. In hoc cognouimus caritatem dei. quoniam sicut ille pro nobis animas suam posuit. et nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui enim habuerit substantiam huius mundi et viderit fratres suos necessitatem pacientez et clauerit viscera sua ab eo quo modo caritas dei manet in eo. Sicuti mei non diligamus verbo neqz lingua sed oxere et caritate.

Sermo super Epistola precedenti. xxix.

Nolite mirari. In evangelio hodierno agitur de cena cum dicit. Homo quidam fecit cenam magnam ad quaz cenam peruenientem per caritatem. Ideo Johannes in epistola precedenti dominum invitauit nos ad dilectionem dei. et in epistola hodierna invitauit nos ad dilectiones proximi dicens. Nolite mirari si odit vos mundus. Glosa. Dilectiones habete: nec propter mundi odium vel persecutionem dimittite. quia temptationibus probamur sicut aurum in igne ergo dicit. Nolite mirari. Unde in presenti sermone tria sunt dicenda que tanguntur in epistola. Primo de odio mundi. Secundo de inuidia proximi. Tercio de subuentione proximi cum uno exemplo. Quantum ad primum sciendum quod boni non debent mirari si mundus eos odit. Ratio huius est quia odiuit xpm. Johannis. 15. Si mundus vos odit scitote quia me priorem vobis odio habuit. Augustinus magna consolatio est membris ex capite. Mat. 10. Non est discipulus super me. nec seruus maior domino suo. Johannis. 15. Si me persecuti sunt et vos persequentur. Et quod gravius est sine ea uita xpm odierunt. Unde dicit in psal. 10. Odio habuerunt me gratis. Sic adhuc multi faciunt qui prelatos odio habent. quia veritatem predicant et eos pro excessibus suis corripiunt. unde eos potius amare debent. et tales similes sunt iudeis qui christum habuerunt et sibi mala pro bono reddiderunt. unde

fca. 15.

Matthei cap. 2. Iure cap. 6.
ex Iohann. capitulo 13. et 15.

Sermo

psalm: Sexagesimo sexto die

Vnde dicit in psal. Deleantur de libro viventium. Vnde hic querit que sunt cause quare mali odiunt bonos. Rendetur qd h sit principaliter tribus de causis. Prima causa est dissimilitudo. Sicut similitudo est causa amicitie & dilectionis: sic dissimilitudo qd desermitas est causa odio. Nam videmus qd illi qui sunt magis similes in facie vel in complexione vel etiam in sanguine vel natura magis afficiunt ad seimicem & magis mutuo se diligunt. Et illa est causa quare inter hidentes quos aliquis videt primo aspectu afficitur magis ad unum qd ad alium. et potius vult qd ille lucretur plus qd alius. Ideo est similitudo causa amicis & lauoris. Vnde Eccl. 13. Omne animal diligit sibi simile. Tercia causa est: quia homines mundi qui mali sunt seipso odio habent. Ecc. 13. Qui sibi nequaz est cui bonus erit. qd aut mali seipso odio habent: patet ex hoc. qd amant vicia. & qui amat vicia odit animaz suam. nonne ille odit abum qui amat maliz eius. ergo odit seipsum qui amat vicium propum quod est altra deum & salutem propam. Insuper mali odiunt meliores amicos. quos habent. Vnde Michae. Inimici hominis domestici eius. Nonne odit usurarius illos quos magis amare debuit scz vxorez filios & filias dum eos strangulat faciendo eos absentire peccato. Sic etiam qui pucros educat in deliciis et in superbia. Unde pruat eos eternis gaudiis. Tertia causa est. quia boni ai opibus suis & virtutibus testimoniis exhibent de malis huius mundi: quia opera eius mala sunt. Opera enim Christi scz humilitas ipsius ostendit superbiam mundi esse detestabilem & sic de alijs virtutibus Christi. Sic et nunc bonorum hominum opera & exercitia: ostendunt opera mundi. i. malorum hominum esse prava & testis. cantur contra eos factis: licet taceant verbis. Largitas bonorum quo ad pauperes testificatur altra paritate diuitium. humilitas altra superbiam. patientia altra impatientiam. veritas altra mendacium. mititas altra crudelitatem. dilectio altra inuidiam. abstinentia alga. Item notandum qd licet mali odio habent debeat. tamē eos diligere debemus propter tria. Primo propter deum. quia quoniam in gratia non sunt: nec filii dei sunt, tñ adhuc in talis statu pñt conuerti ad deum et filii dei fieri et salvare. Secundo propter nosipos quia purgant nos a peccatis nostris & augmentant nobis gaudia eterna. Tertio propter ippos quia qui infirmi sunt magis indigent. Deutro. 23. Non ab hominibus ydumeum. id est peccatum propter fragilitatem quia frater tuus est.

Ecclesiasticj: cap: 14

Michae. Vj. Cap:

beatus vero: 23. Cap:

xxix

Queritur an peccatum sit velle hominibus placere. Respondetur
 q[uod] propter caritatem nutriendam ut eis quis spiritualiter profice-
 re possit laudabile est. Cor. 1. Omnis per omnia. sed propter
 inanem gloriam vel propter lucrum vel in malis est peccatum.
 Psal. Deus dissipavit ossa eorum qui hominibus placeant. confusus
 sunt quoniam spreuit eos. ad Gall. 1. Si adhuc hominibus placeant. Ad Gall. cap. 1. se
 christi seruns non essem. Quantum ad secundam partem dicitur:
 hic. Omnis qui odit fratrem suum homicida est scilicet inuidus Sap.
 16. Gladius eorum intret in corda eorum Aug. Qui alteri nocere
 desiderat similis est illi qui gladio se transuerberat ut tumicam.
 alterius scindat. Ergo odium in corde est sicut vermis in ligno.
 rubigo in ferro. tinea in panno Nam sicut ista rodunt proprium
 subiectum et consumunt prius quam alia. sic inuidia rodit inuidum.
 prius. et plus inuidus nocet sibi quam aliis. Unde hic queritur utrum
 inuidia sit peccatum mortale. Respondetur quod triplex est inui-
 dia. Prima que prouenit ex natura. sic ut quidam ex natura sunt
 inuidi et hoc non est peccatum quia nullomodo est in potestate
 nostra Aristotiles 3. ethico. In desideriis pauci peccant. ergo
 primis motibus sic naturaliter incidentibus immediate et sine
 mora resistendum est: et tunc non nocet. Gregorius Tempta-
 tio cui non consentitur non est peccatum: sed est materia exercitii
 de virtutis. Ab inuidia est venialis cum quis tristatur de for-
 tuno vel felicitate proximi tamen non est cum plena deliberatio
 et sic est solummodo veniale peccatum. hoc patet quia quoniam eius
 ratio est serena optat et fauet sibi omne bonum. Tertia inuidia est.
 cum quis dolet de bono alterius ex odio deliberato ut quod eum ex-
 ercit in talibus bonis. id est in sapientia sive in rebus temporalibus sive in
 fauore hominum sive quia ampliores gloriam habet excellensissimam
 et sic est peccatum mortale et in hoc distinguitur inuidia. et istud semper
 est malum quam dolet de quo gaudendum est scilicet de bono proximi. Quoniam
 sciendum quod inuidia facit hominem penitus infelitem. et hoc probatur
 quia inuidus de bonis aliis affligitur. et de bonis proximis dete-
 riceatur et de sanitate aliorum confirmatur et de vita moritur. Ipse
 enim se amittere putat quicquid alij lucrat. Et sicut deum diligenteribus
 omnia cooptantur in bonum. sic infelix inuidus omnia co-
 optantur in malum que audiit vel videt. si sint bona tristantur. si
 sint mala letantur et sic demerentur Seneca Utiam inuidi oculos et au-
 res haberent in oculo cinitatibus ut de singulis prosperitatibus homini
 torquerent. nam quanto felicem sunt gaudia tanti inuidorum sunt gemitus.

Sermo

Notandum q̄ albertus in tractatu de virtutib⁹ sic dicit. Argu-
mentum verissime caritatis ad proximū sunt vere condolere taz
amico q̄ mīmico in qualicunq; aduersitate a ex toto corde gau-
dere de omni prosperitate. que duo verissima etiam sunt argu-
menta odij. cum v̄ i delict de proximo suo cogitat tūm tristia-
vel qn̄ ipsum videt in amaritudine cum de ipso loquitur. vel
etiam audit loqui. Item cum om̄en ipsius impedit diminuit et
pervertit. sed mirabile est q̄ vñq; aliquis sibi deferenda carita-
te aplaudit qui h̄c signa in corde gerit. Multis autē v̄detur
sufficere si cupiant proximis salutem eternam quā dare nec au-
ferre possunt. quam bēne optarent iudeis vel pagani nec me-
mores esse volunt q̄ dñs posuit animaz suam pro mīmiciis. In
hoc dedit nobis exemplum vt non tm̄ res tempales sed etiam
animaz ponere debeamus tempe necessitatis pro fratrib⁹ xpia-
mis. et maxime prelati ad hoc tenentur Johani. 10. Bonus pa-
stor animaz suā dat pro ouib⁹ suis. Quantum ad tertiam par-
tem huius sermonis dicit hic. Qui habuerit substantiam huius
mundi ēt. In ista parte ultima istius sermonis doceat nos apluſ
opera caritatis exhibere proximis indigentib⁹. Vñ Guill. lig-
dicit q̄ diuina res ē scuere pauperes xpianos fratres suos si in-
digeant dono vel mutuo eoz sicut iudeos. nullus em̄ in-
venitur iudeus publice mendicans quin alieni sibi subueniant.
Sed inter xpianos sunt multi mendici penuria sustinentes. pau-
pi sunt qui iplis misericorditer subueniunt. Ex quib⁹ verbis pa-
tet q̄ paui sunt qui h̄nt veram caritatem dei patris in se manē-
tem. Vnde hic querit vt̄ elemosinam dare sit in precepto Re-
spondetur hm Tho. ii. ii. q. 33. arti. q̄ sic. Obmittens aut̄ eter-
naliter punitur vt patet Mat. 25. Te maledicti ēt. Et hoc est
intelligendum hm q̄ recta ratio requirit hm quaz considerandū
est aliq̄d ex pte dātis. Icz id qd̄ est in elemosinis erogand. aut
sit ei necessarium vel supfluum non solum respectu suip̄ius sed
respectu ahor̄ quoq; cura sibi im̄cumbit. quia plus oportet q̄
vñusquisq; suis a sibi prouideat a de residuo pāuperib⁹ subue-
nit. Ex parte recipiētis requiri q̄ habeat necessitatēz alioq; n
non esset ratio quare ei elemosina daret. Vnde dicit in decretis
Pauperib⁹ non potentibus laborare subueniendum est. nō aut̄
omnis necessitas obligat ad preceptum. sed illa sine qua quis su-
stentari non pōt a tunc locū habet qd̄ Amb. dīc. Pascit fame
moientem. si non pauisti occidisti. sic em̄ dare elemosinam ei
qui est in extrema necessitate cadit sub p̄cepto. Alias autē dare

xxix

44

elemosinam est de consilio: sicut de quolibet meliori dant olla
 Circa iam dicta sciendum quod superflua de necessitate precepti sunt
 ergo zanda pauperibus. Hoc autem sic probat: quia licet temporalia
 sunt habentium siue possidentium ea quantum ad proprietatem: tam
 etiam sunt alioz quantum ad usum lez illoz qui ex eis sustenta-
 ri possunt. **C**ontra super **L**ogat. Non propter hoc diuicias accepisti
 ut in lascivia consumas sed in elemosinam expendas. que enim
 habes pauperum sunt. sed tibi tradita sunt si ex laboribz iustis et
 hereditate paterna posseor factus es. **V**nde etiam **B**asilius: Cur
 tu habuudas. ille vero mendicat nisi ut tu bone dispensatiois
 meritum dissequaris. Ille vero patientie meritis decorest. Fames
 licet panis est quem tu tenes. nudi tunicae quaz tu in conclavi ser-
 uas. calcei discalceati qui penes te marcescunt. **I**cetiro tot iniurias
 committis quot dare vales et non facis. **V**nde hic queritur
 que bona temporalia sunt superflua. **R**espondet quidam doctor. quod est
 ultra necessitatem honesti status persone. Primo ad necessitatez
 persone illa solum pertinent que sufficiunt ad sustentandu vitam
 eius corporalem sibi complexionem. scilicet quod rationabiliter posset
 vires anime et corporis exercere. Secundo ad necessitatē honesti
 status pertinent ille diuicie quibus operationes illi statui annexas
 rationabiliter potest exercere. ut ad villicum requiri aratum ad
 militem equus. Tercio ad status honestatem requiri illa bona
 temporalia quibus indiget homo ad exercenduz opera scientiaruz
 et virtutum suo statui annexa. Et dicit honestas quasi honorum
 status. Homo autem solummodo virtuosus dicitur qui est deditus
 virtuti. Etiam honestas consistit in multa familia suppledili et ve-
 stimentis. et quicquid ultra illa tria habet superfluum est et pau-
 perum. Sed diceret aliquis. habeo pueros et amicos adiutorios quibus
 subuenire oportet non tam mihi. **R**espondet idem. nam tibi et filiis
 tuis prouidere debes sibi illa tria iam dicta. Sed dicens. solus
 sum et timeo deficere propter futuros defectus. respondet idem. tibi
 debes quantum sufficit non ad modicum tempus sed ad honestam vi-
 tam ducentam ad diem vel ad annum nisi esses talis quod annuales
 fructus haberet tunc referuare posses quantum sufficeret ad annum.
Si autem aliquid superest: indigentibus est distribuendum. **N**ec ille.
Vnde dicit **A**ug. Omnia bona sua dedit deus duobus hominibus
 divinitibus terrena: pauperibus celestia. sed deus utrumque salvare co-
 stituit: ut sic diuites sua hereditate tollerent pauperes: et uter
 quod pauperi collocet. huc ille. quod autem diuites quod hic habet superflua gra-
 viter peccant non subveniendo pauperibus. ostendit in decretis. ubi dicit

Sermo

Non minus p̄tēm est auferre hūti q̄ ne zare īdīgenti, Itēz no-
tandum hic q̄ qui eī elemosinā accepturus attendat si īdīge-
at: alioquin rapimam cōmittit. Nero. Monache si eges & acci-
pis das postq̄ accipis. si aut̄ non eges & accipis rapis. Item q̄
ritur utr̄ licet sit dīvitib⁹ per sanos homines facere pegrina-
tiones cū elemosina. R̄ndetur q̄ non licet. hoc sit probat. quia
hoc votum est in p̄eviditū paupezz quib⁹ debet de iure elemo-
sina & qui laborare non p̄nt. sed ille duies per se habet promis-
tas pecunias seu alia bona. & ille sanus & fortis homo potest per
labores suos acquirere sibi necessaria p̄ aliam viam. Si dīcitur
in decretis. Non licet homini sano mendicare. nec homines tenē-
tur ei dare elemosinas suas sed dīnt dare infirmis: pauperibus.
debilib⁹ clericis & religiosis qui fideliter seruūt deo in septenaginta ho-
ris p̄soluēndis. in missis legendis. in sermonib⁹ & confessionib⁹
audiendis. Vnde dī in decretis. Unūtium est maxime danduz
hiis qui in ecclesia vigilant & deo seruūnt. Ultimo nota exem-
plum quō mali in p̄nū odiunt et persequunt̄ bonos & innocen-
tes. Vnde Jo. nyder refert q̄ fuit quidam p̄dicator sacerdos
gratiosus in ecclesia collegiata ebrucensi qui p̄ verbum dei. qđ
semimauit gracie tū sanctitate vite qua se virtutū speculuz ex-
hibuerat multoꝝ animas sua exemplo lucifecit creatori & exi-
de fauorem magnū a p̄plo acquisiuit. Sed econtrario a clericis
qui confratres esse debuerant in eadem ecclesia odium magnū
incurrit. sua em̄ compatione maloꝝ clericoꝝ vita sordebat qui
cum in aperto virum p̄sequi non audebat: nec eū suo spoliari
bñficio & honore: ypocrite atra eum nephantissimū mendaciū
confinxerunt. nam occulta clave vnam meretricem ad cameraz
viri procuraueūt & eo absente intromiserunt. eidem meretrici p̄
tium promiserūt ut cameram ab intra accenderet igne. Et pro
ad iutorio de camera ad stratas clamaret. ita per ordinez factum
est. nam qđ meretrix in camera iam aconsula clamauit: occur-
bat secularium multitudo. Cum igit̄ in camera vidissent mer-
etricem statim bona fama viri denigrata ē. & ita de loco oportuit
redere innocentem. Tandem transactis plurib⁹ dieb⁹ principa-
lis actor hiis nequicie a deo grauiter punitus est. nā incurrit
infirmitatem grauissimā & confessus est illam nequiciā suam quā
confinxerunt atra illum bonū hominez ex odio magno qđ con-
tra eum conceper̄t. quia alias non potuerunt eum diffamare. &
confessor noluit eum absoluere nec cōmunicare sacramento eu-
charistie nisi famaz boni viri restitueret. Vnde duocatis testibus

fide dignis in confusionem suam & suorum ne in eternum punirent
confessus est ille nequaz malitiam suam & ordinez prodictionis
prefatae. Sicq; innocens iste famaz suam recuperavit. qz deus si-
naliter non dereliquit suos sed eis misericorditer succurrerit. Vn
de hoc dicit in psal. Nunc vidi iustum derelicum te. Vn apls
per infamiam & bonam famaz oportet nos intrare in regnum dei
Ad quod nos perducat te.

Dñica tercia post pentecosten

Epistola Petri Apostoli. *m. prima Epistola cap. V*

Parissimi humiliamini sub poteti manu dei ut vos
exalte in tempore visitationis oemni solitudinez
vestraz prouidentes in eum qm ipsi cura e de vo-
bis. Sobrii erote & vigilate quia aduersarius vester dy-
abolus tanqz leo rugiens circuit querens quem deuoret
Cui resistite fortes in fide: scientes eandem passionez ei q
in mundo est vestre fraternitati fieri. Deus autem omnis
gracie qui vocavit vos in eternam gloriam suam christo
ihesu modicu passos: ipse pfaciet & confirmabit solidabit
qz ipsi gloria et imperium in secula seculorum Amen.

Sermo super Epistola precedenti. xxx.

Humiliamini sub poteti manu dei ut vos exalte in die
visitationis. prima Petri. In verbis premissis bea-
tus petrus aplus monet omnes homines ad subiectionez
dei dicens. Humiliamini sub potentia manu dei te. Vn in pre-
senti sermone tria sunt dicenda. Primo de humilitate hominis.
Secundo quare debemus resistere temptationibus. Tercio quo
debemus proh cere solitudinem nostram in deum. Quantu ad
ad primu dicit Quill. Valde necessarium est homini sub potentia
manu dei humiliari. Primo qz homo non potest effugere neq;
euadere manus eius. Vnde dicit in psal. Quo ibo a spiritu tuo.
et quo a fa. tua fu. Et ecce Job. Deus tuus ire nemo resistere
pot. Secundo qz in humilitate inuenit misericordia dei Sap. 6
Exiguo conceditur misericordia dei. potentes autem potenter tormenta
patientur. Tercio quia sine humilitate nemo salvatur Math. 18
Nisi conuersti fueritis & efficiamini sicut parvulus ille no intra-
bitis in regnum celorum. et etiam qz in humilitate nemo dñabi-
tur Bernardus. Laudabilis virtus virginitas. sed magis hu-
militas necessaria. Illa enim consultur. ista precipit. ad illam in-
vitatur. ad istaz cogimur. Potest enim aliquis sine virginitate

9 Serino

saluari: sine humilitate nullus. **Greg.** 8. libro moral. Quisquis enim nunc sponte se non humiliat nequaquam hunc sequens gloria exaltat. Et iterum **Bernardus.** Per humilitatem ascendas ad sublimitatem. quia haec est via a non alia propter ipsum. qui aliter vadit potius cadit quam ascendit. quod sola est humilitas quae exaltat sola que dicit ad vitam. **Vnde Aug.** de ver. do. Vis capere certitudinem dei capte prius humilitatem dei dignare humiliis esse propter te. **Ysidorus.** Descende ut ascendas. humilia te ut exaltes. **Vnde hic querit** utrum superbia sit peccatum mortale? **Ruatur** haec sanctum **Tho.** ij. ij. q. clxij. Superbia consistit in hoc quod aliquis extollat se super illud quod est sibi preceptum siue preceptu a divina regula. **Contra quod dicit aplius.** ij. **Cozz.** Nos autem non in immensum gloriamur: sed haec mensuram quam nobis mensus est deus. **Et ideo dicit Eccl. 10.** Initium superbi hominis est apostolatare a deo. In hoc enim radix superbie considerat quod homo non subditur deo nec regulis ipsius. **Noctipsum** autem quod non est subiectio habetur in ratione peccati mortalis. **Quoniam** superbia haec genus suum mortale patitur sicut in aliis peccatis quod ex suo genere mortalia sunt. sicut inuidia luxuria et. Sed sunt alii qui motus qui sunt peccata venialia propter eos imperfectiones qui scilicet preueniunt iudicium rationis et sunt preter eius sensus. **Hic etiam circa superbiam accidit** quod aliqui motus superbie sunt peccata venialia dum eis homo non consentit. **Quantum** ad sedaz pattem dicit hic beatus petrus oem solitudine vestram praesentes in eum quoniam ipsis cura est de vobis. **Vnde hic querit** utrum beatum sit homini christiano solitudinem gerere. **Respondetur** haec sanctum **Tho.** ij. ij. q. liij. Solitudine tempalium potest esse illicita dupliciter. uno modo propter superfluum studium quod apponitur ad tempalia procuranda. propter quod homo a spiritualibus quibus specialiter seruire debet retrahitur. **Et ideo dicit** **Mat.** qd. quod solitudine seculi suffocat verbum dei. Secundo ex parte timoris superflui. quoniam scilicet aliquis non faciendo quod debet sibi timet ne temporalia deficiant. quod dominus reprehendit in euangelio **Mat.** 6. di. **Nonne anima plus est quam esca.** et corpus plus quam vestimentum. **Glosa.** Si deus dedit nobis maiora. scilicet corpus et animam ergo etiam dabit minora. **Vnde dicitur** in psal. **Nunquam** vidi in istum derelictum. nec semen tuum. **Sequitur.** quoniam ipsis cura est de vobis. Notandum quod cura prouisionis nostre dupliciter pertinet ad deum. scilicet a iure paternitatis et dominij. Primo enim de iure naturali ad patrem pertinet filius prouidere nisi culpa hoc impedit.

Ecclesiasticus:

Beato Petri in prima Epistola
Capitulum quindecim

Lincs. & Cpi.

Mufsj: capi 6.

Palm: 36

43

XXX

Mat. 6. Sicut enim pater vester quia h̄is omnibus indigetis. In *Mat. 6: cap. 6*
fidelis enim esset pater ille qui superabundaret et filios primitus
fame mori. sed deus est pius p̄t qui vult nobis fideliter pridere
si ipsum dilexerimus & timuerimus. *Vñ dicit in psal. Quō mis*
seretur pater filiorū: misertus est dñs in mentib⁹ se. *Secundo ra-*
sione dominij quia ad dñm pertinet necessaria prouidere h̄is q̄
sibi seruiunt. Serui em⁹ est cogitare et diligentiā facere ut vo-
luntatez dñi sui impleat, & domini est cogitare ut seruus necessi-
tatem habeat. Vnde xps dicit omnibus seruitoribus suis ut ha-
*betur **Mat. 6.** Primū querite regnum dei et iusticiam eius. et h̄ec*
omnia adiūcent vobis. Quantu⁹ ad tertiam p̄tem istius ser-
monis dicit hic. Vigilate q̄ aduersarius vester dyabolus vi-
gilit. vnde dyabolus tanq̄ leo rugit. In quib⁹ verbis hortat
nos apl⁹ ad resistenduz fortiter temptationib⁹ dyaboli dices
Aduersarius vester tanq̄ leo rugiens circuit querens quez de-
noret. cui resistite fortes in fide. Vnde hic querit vtz demones
possunt hoies temptare qn volunt. Respondet cassianus in col-
lationibus patr⁹ q̄ non nisi deus permittit & qntum deus per-
mittit. Ap̄lus prima Cor. 10. Fidelis deus qui non patiet vos
temptari supra id quod potestis. Augustinus super psal. Plez
q̄ imitatus vult nocere & non potest. q̄ potestas eius ē sub po-
testate dei. nam si tm posset nocere quantum vellet: aliquis in-
stoz non remaneret. Vnde etiam ysidorus. Non amplius elec-
tos dyabolus q̄ eius voluntas permittit temptat. Hoc ptz in
Job quez dyabolus non potuit temptare non licenciatu⁹. Itē
*patet **Mat. 5.** vbi demones expulsi ex homine obfesso non po-*
tuerunt intrare portos nisi xp̄o permittente. Secundo querit
vtz demon semel de vno vidus itz temptat hominem. Re-
spondet Tho. Quidaz dicunt q̄ semel superatus nunq̄ de ote-
ro temptare p̄t aliquem de eodem vicio. Sed ali⁹ dicunt q̄ po-
test aliuz hoiem temptare: sed non eundez. & hoc est magis pro-
babile. Tercio querit vtz inter eos sit malicie differentia. Re-
spondet Cassianus q̄ de quolibet choro plures occiderunt. Vñ
sicut boni angelii in bonis exercitijs se exercēt. sic per oppositū
mali angelii in malis exercitijs se exercēt vñus est peior altero
quia angelii de primo choro sunt mali. et de secundo peiores. et
sic consequenter de alijs Ideo aliqui vocant principatus. aliqui
potesates &c. Quarto querit vtrum dyabolus inhabitat ho-
mīnez per quodcuq̄ p̄tm. R̄ndet thomas in quotlibetis q̄ n̄

9 h z

Sermo

quantum ad animaz. quia solus deus inhabitat animaz. sed quantum ad corpus tunc potest dyabolus substantialiter inhabita-
re hominem sicut p[er]tinet in arrestijs q[uod]n deus permittit. Dicitur
tamen ipse dyabolus inhabitare affectum hominis per effectus
malicie et per quodcumq[ue] peccatum mortale. quia ex quo morta-
le peccatum facit dyabolo libet. Iohannis. 8. Qui facit pecca-
tum seruus est peccati. Vnde sicut beati sunt sub dominio dei: ita
mali sunt sub dominio dyaboli. Vnde Iohannes. 6. Nemo potest duce-
bus dominis seruire. et dyabolus per veram penitentiaz a pec-
catore expellitur. et in signum huius dicit Lucas. 8. q[uod] Christus a ma-
ria magdalena eiecit septem demonia que universis viis ple-
na sunt. Quinto queritur utrum demones cognoscunt secreta cor-
dium. Respondet Nicolaus de lyra Gorra q[uod] nullo modo cog-
noscunt secreta cordium nisi per signa exteriora scilicet ex visu et vul-
tu hominis. Nam deus est scrutator cordium. vñ d[omi]n[u]s in psal-
Deus scit cogitationes demonum et hominum. Sexto queritur
utrum cognoscunt futura. R[esponde]tur q[uod] futura supernaturalia.
nullus demonum cognoscere poterit. quia cognoscere futura q[uod]
presentia solius dei est: nisi deus ex speciali gratia ipsis reuelaret.
sicut olim reuelauit prophetis. Vnde dicit ysaie. 41. Annun-
ciante nobis que futura sunt. Deus noluit indicare. Vnde dicitur
Actuum primo. Non est vestrum cognoscere tempora mea. Sed de-
mones natura futura cognoscunt que ex causis naturalibus
scilicet ex cursu planetarum et stellarum eveniunt. Ex his q[uod]c[um]que predi-
cant siue predicunt futura. Hoc probatur q[uod] homines possunt
hoc facere scilicet astronimi qui quandoq[ue] predicunt pluiam. q[uod]c[um]que
frigiditatem quandoq[ue] caliditatem. que ex astellatione planeta-
rum evenire solent. Item medicus peritus cognoscit hominum co-
ualecentiam ex conspectu urine: et quandoq[ue] mortem ipsius. Et
demones habent pleniorum cognitionem q[uod]c[um]quis magis ha-
bere potest. Primo ex subtilitate licet priuati sunt lumine gracie
tamen naturalia dona adhuc habent. Vnde Gorra dicit. q[uod] co-
gnitio naturalis in demonibus non est diminuta. habent enim simili-
tudinem Thomaz cognitionem omnium creaturarum tam natura-
lium q[uod]c[um] sp[irit]ualium. Item sciendum q[uod] nullus homo habuit tantas
cognitionem omnium scilicet pecorum: animalium: piscium: herbarum et ar-
borum sicut primus homo adam. In signum huius ad omnibus
rebo creatis nomen imposuit h[ab]emus proprietates eorum h[ab]et dyabolus.
ex subtilitate nature plane perpendit quod homo non pendit.

Ioan capitulo. sexto.

Mattheo capitulo. 6. Et

Lucas capitulo decimo sexto.

Esaiae. capitulo. 41.

fletare. capitulo primo.

xxi

Secundo per longam experientiam: quis hominum tot malicias expertus est. et quis unquam tam diu studuit. quia dyabolus iam plus quam sexingenta milia annis studuit. In quatuor annis quis studere potest ad gradum magisterii arcium: aut fieri doctor. aut in medicinis: aut in iure canonico: aut in theologia. Tercio ex revelatione superiorum potestatus. Vnde ysidorus de lumine bono Demones triplici scientie acumine vigent se subtilitate naturae experientia temporum. revelatione superiorum potestatus. Septimo queritur utrum aliquis potest vivere sine omnibus temptatione. non detur quod nullus christadelphus potest vivere hic sine temptatione. Hoc multipliciter probat. Nam dicit Job. 7. Miseria est vita hominis super terram. Vnde Hiero. super Matth. Impossibile est humanam naturam non temptari. Vnde Berni super psal. Qui habitat. Nemo in carne potest vivere sine temptatione. et qui ab una liberatur protinus expectat aliam. In signum huius vestris Ecciae. Fili accedens ad servitutem dei sua in timore dei et prepara animam tuam ad temptationes. Sed diceret aliquis quare permittit deus suos fidèles ita temptari. Rendetur propter profectum ipsorum. Quia haec apostoli Hieronimi Nemo coronabit nisi qui legitime certaverit. Vnde Hiero. in epistola: Quis sanctorum sine certamine corona tus est. Vnde etiam Ambrosius. super lucam Proposita est corona: subeunda sicut certamina. Nemo potest coronari nisi qui vicerit. Quia et fructus ubi maior est labo. Temptari non est peccatum: sed materia exercende virtutis. Non patet per Berni. dic. Quotiens resistis tociens coronaberis. Exemplum de illo iuvene qui meruit una nocte septem coronas resistendo temptationibus. hoc quere in discipulo de tempore.

Vñica quarta post penthecosten

Epistola Pauli Apostoli. ad Romanos.

Capite octavo

ratres. existimmo enim quod non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. nam expectatio creature reuelationem filiorum dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est non volens sed propter eum qui subiecit eam in spem. quod et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem glorie filiorum dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit et parturit usque ad hunc. Non solus aut illa sed et nos ipsi primas spiritus habentes et ipsis intra nos gemimus adoptionem filiorum dei expectantes redēptione corporis nostri in christo ihesu domino nostro.

h 3

Job 7 Capite

Eccl. 4 Capite

Pauli ad Timothoeum Epistola

non Capitulo Secundo